

2.

Kaiser Otto IV. teilt dem englischen König Johann Ohneland seine am Sonntag nach Michaeli (1209) erfolgte Krönung zum Kaiser mit, gibt ihm ein Hilfsversprechen gegen den König von Frankreich und für andere mögliche Fälle, schickt zu ihm den Hofkaplan C(onrad) von Speyer und erbittet seinerseits die Entsendung von englischen Gesandten zu sich nach Italien.

(nach dem 4. Oktober 1209)

BF: —.

Hs.: Aberystwyth, National Library of Wales, Peniarth MS. 390 C, fol. 166^r (Kopie Mitte 13. Jh.)

O(tho) Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus predilecto avunculo suo J(ohanni) illustri «regi»^a Anglie salutem et debite dilectionis affectum. Certum habentes et indubitatum, quod non sit aliquis mortalium in hoc mundo, qui letiori animo prosperos eventus nobis divinitus concessos suscipiat, vobis tamquam cui perpetuo omnia, que vel nunc habemus per Dei gratiam vel de cetero adquisituri sumus, pro indiviso semper participare volumus. Significandum duximus, quod nos ope divina proxima dominica post festum sancti Michaelis in basilica beati Petri apostoli apud Romam gloriose a domino papa, sicut moris est, imperii nostri imperialem unctionem recepimus et tanta sollempnitate coronati sumus, quod etiam in memoria hominum non est quemquam de predecessoribus nostris adeo gloriose atque sollempniter esse coronatum.

Cum, inquam, per Dei misericordiam in tanto rerum et honorum culmine modo simus constituti, ut inimicorum colla calcare^{b71} et amicos sublevare possimus, ingenuitatem vestram attendere volumus, quod tempore adversitatis vestre contra regem Francie nunquam vobis manifestum auxilium polliciti sumus. Quod ob aliam causam non omisimus, nisi quia videri posset nobis, quod vel tunc causa necessitatis et indigentie vestre^c potius fecissemus quam ex eo dilectionis debito, quo gratia sanguinis auxilio vestro^d in omnibus obligati eramus. Verum quia modo per Dei gratiam omnis cessat

a) fehlt Hs.

b) taleare Hs.

c) nostre Hs.

d) nostro Hs.

⁷¹⁾ Vgl. Deut. 33, 29.